



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XIII. An possit solis naturæ viribus cognisci Verum Morale, & bonum
Moraleagi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

HÆRESIARCH. PHILOSOPHI, ut Aristoteles, docuerunt Deum ex necessitate agere. Abailardus, telle Tho. VVald. l. i. doctr. fidei. c. 10. docuit Deum non posse facere, nisi quæ facit. Sic & WICLEFVS.

LUTHERANI & CALVINIANI sentiunt idem:

Vide in Lutherio-cal. p. 4. q. 38.

PAPISTA. Natura dictauit Philosophis hominem liberi esse arbitrij; quāto magis Deum; cuius ad imaginem creatus est homo? Nullam vero incumbere Deo necessitatem obiectine ab revilla creatu; nisi absolute ab se ipso; vt cuius Velle est Esse Dei; ac proinde necessarium; assertunt S. Patres: vt S. Ambri. l. 2. de fide, c. 3. *Hæc operatur unus id est spiritus S. dividens singulis prout vult, i. pro liberu voluntatis arb. non pro necessitatibus obsequio.* S. Greg. Nyss. l. de Fato. c. vlt. *Voluntatem Dei servire necessitatibus, non fas est dicere. Etenim necessitatis est Conditor.* Infra: *Omnipotens neque natura necessitate, neque legis prescripto operatur; sed sunt illi omnia contingentia, etiam necessaria.*

RATIO S. Hieron. Chrys. Theoph. *Quia Multa Deus operatur præter ordinem naturæ, vt miracula: at si operaretur ex necessitate naturæ, semper eodem modo operaretur: ergo libere operatur.* Vide in Lutherio-cal. p. 4. q. 38.

QVÆSTIO XII.

An homo sit lib. arb. in operibus naturalibus ac ciuilibus?

HÆRESIARCHÆ cùplures id negarunt, & anathematizati sunt. Ut Simon Magus, teste S. Clem. l. Recognit. Bardesanes sub annum 170. ait Aug. l. de her. c. 35. Mahomet annis 100. post, teste S. Hier. in prefat. dialog. contra Pelag. Priscillianus sub annum 390. ait Aug. ibid. Istos damnante's. Leone epist. 91. & Cone. Bracarensi. Abailardus sub annum 1100. Viclefus.

LUTHERVS & Melanchthon principio item negarunt: postea cantatæ palinodia affirmarunt.

CALVINVS verò cum sequaculis pernegat. Vide in Lutherio-cal. p. 4. q. 40.

PAPISTA. Homo in cunctis naturalibus ac ciuilibus negotiis est purè liberi arbitrij absque omni & Coactione & Necessitate interiore ab natura, seu Deo, genioque alio. Docent id Scripturæ multiplices in meo Antichristop. 4. q. 23. Item Traditio continua, & damnatio hæreticorum. Item S. Patres. Vnde S. Hier. vbi supra: *Manichæorum est hominem damnare naturam, & liberum auferre arbitrium.* S. Iren. l. 4. c. 72. *Si non in nobis esset facere aut non facere; quam causam habebat Apostolus, & Dominus consilium dare, que facere, à quibus abstinere oporteat.* Clem. Alex. l. i. Strom. *Sed nec laudes, nec vituperationes, nec honores, nec supplicia iusta essent, si anima non habeat liberam potestatem.* &c. Vide Bell. l. 4. c. 9. & Rationes, c. 10.

QVÆSTIO XIII.

An possit solis naturæ viribus cognosci verum: Morale, & Bonum Morale agi?

I. HÆRESIARCH. PELAGIANI, sub annum 416 dicebant rectè Legem Eei, in Veteri ac Novo Test scriptam esse Donum Dei: at affingebant, seruari cam solis nature vi:ibus posse, cum auxilio Dei Generali.

CALVINISTÆ prorsus affirmant idem. Vide in Lutherio-cal. p. 4. q. 42.

PAPISTA. Aliquod verum Morale potest cognosci naturaliter solum cum auxilio Generali: At veritates plures, grauiores, aut omnes requirunt Speciale.

Vnde Concil. Mileuitanum anno eodem damnans Pelagianos ait can. 4.



Donū Dei est, & scire quid facere debeamus; & diligere ut faciamus subaudi, In rebus ad salutem pertinentibus. Sic & Conc. A - rausicanum; & S. Patres S. Hier. ep. ad Algasiam q. 8. Lex, que in corde scribitur, omnes continet nationes; & nullus est, qui hāc l-gem nesciat. Vnde omnia mundus sub peccato est, & omnes praevaricatores legis sunt. Aug. in Ps. 57. Hoc; quod tibi non vis fieri, ne feceris alteri; antequam lex daretur, nemo ignorare permisus est: ut esset, vnde iudicarentur. Rationem adfert S. Prosper lib. contra Collat. c. 22. **Q**uis ambigat, hinc sipientiam humanogeni ad temporalis vita utilitatem, ex natura à Deo conditam & superesse reliquijs: Si enim ad ista terrena ordines a rationalis animi non vigeret ingenium, non vi - gata esset; sed extincta.

Denum Pharaonis cor indurauit Domi - nus, id est, speciale auxilium ei negabat; & tamen, Exo. 9. cognoscens verum mo - rale ait: Peccavi; Dominus inflas, ego & popu - las meus impy.

I. HÆRESIARCH PELAGIANI assertuerunt, solis lib. arb. viribus hominem posse omni i morsia præce - pta implere, rationes vincere, mala declinare, age - re bona; id qu. sine villa gratia Dei. Teste S. Aug. i. de her. c. 88.

LUTHERO-CALVINISTÆ contra, sic exte - nuant vires arb. lib. vt penè extinguant: Negant - que posse ex ijs, quicquam boni moralis agi, si - ne Fide iustificante, gratiaque speciali, quod o - mnia opera sint peccata. Limitant id quidam, posse aliquam impleri legem, Verbi gratia de non occidendo. &c. quoad opus externum; at non quoad internum cogitatum.

PAPISTA. Omnia præcepta mora - lia, quoad substantiam operis, longiore - tēpore nemo potest implere solis natu - ræ virib. Vide Lutheri c. p. 4. q. 43. 44. 45.

QVÆSTIO XIV.

An sine speciali gratia possit CREDI, Anb
Appeti aliquid ad salutem per -
tinens?

I. HÆRESIARCH PELAGIVS Vtrum que affini -
tuit. PRIVS. Sola naturali intelligentiâ, libe -
ciali auxilio, omnia Fidei mysteria capi, credi ve -
re. 1. Quia pagani & hæretici credunt alio -
modo quod ex dono Dei esse nequit, ergo ex natu -
re. 2. Quia res fa se, rationem excedentes, sine speci -
alitate credunt auxilio: ergo potest & veritas aliqua, si
dei articuli tot sunt confirmati testimonii, ut ceu -
dit omnium iudicio credi oportere. Ergo alio mihi
pus auxilio.

PAPISTA. Negat; Sicut Oportet, cit -
di posse. 1. Quia Ioa. 6. Nemo posset veni -
ad me, id est, credere, nisi Pater meus in -
xerit eum. Phil. 1. Vobis donatum est, nota -
rum ut in illum creditis. Act. 14. Aperuit Di -
minus ostium fidei.

2. Ratio. Quia Ecclesia orat pro con -
uersione.

3. Alias sequeretur, Initium salutis de -
se ex nobis. Denum nullum opus p -
um à nobis solis inchoari, perfici que po -
test: ergo nec Credi.

DICO AD I. Credunt aliquid; sed nō
SIC VT OPOR TET, sc. ex parte obi -
cti, Dei; subiecti, absque dubitatione; si
ex affectu pio subiectio nis sui.

AD II. Donum est ex integra causa
malum si ex vna, sat est.

AD III. Sic humana fide creditur
non Diuina, quæ ob Reuelantem De -
um credit, non tam ob Modum reuel -
tionis.

II. POSTERIVS. HÆRESIARCH PELAGIVS. Se -
humanæ voluntate potest desiderari, ac peragi quidem
pertinens ad salutem.

SVADEBANT istis, 1. Facient quod in se est, Dei
gratiam non negant: ergo ad hanc suis viribus se pri -
pare potest.